



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Phinees sacerdote. Cap[itulum]. xxxiiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

sanctificata fuisse videt. Nec enim decens fuit: ut tanto populo quis in viros feru nisi sanctus preesset. An et postquam submerso pharaone in rubrum mare cum omni exercitu suo: moyses canticum et ametroz carminum scilicet Lantemus domino. compositisset: ipsumque primo cum viris decantasset. Maria deinde chorum mulierum ducens: sum pro musicali tympano: canticum ipsum repetiuit: et domino provictrio: laudes egit. Sed cum post annos aliquos: ut haberetur numerus. xij. Dum essent filii israel in deserto in loco: qui dicitur astaroth: et aaron et maria contra moysen murmurassent: et se ei de sanctitate pariter iactassent. Iubente domino spiritus tres ad ostium tabernaculi accesserunt. Quibus deus in nube maiestatis apparuit: et mariam lepra percussit. Que tamen post dies septem moysen pro ipsa orante: eamque penitentiam agente: sanata fuit: et aaron a domino veniam de contumelia postulavit. Anno vero quadagesimo egressionis filiorum israel de egypto: populo adhuc per desertum agente: mortua est maria in cades: et sepulta in monte sin: quo autem die dormierit: expressum non habet: idcirco aaron fratri suo eius memoria composita. Hec numeri. xv. et alijs locis quibus supra. De sancto Eleazar sacerdote. Cap. xxviii.

Eleazar sacerdos filius aaron: patri in sacerdotium successit: ut superius dictum est. Hic enim ut habet in libro iosue in pluribus locis cum iosue duce populi iordanem transiit: terram promissam acquisiuit: et eam per sortes duodecim tribuum filiorum israel mandato dei diuisit: sacrificia pro populo secundum legem a deo data obtulit: et in tabernaculo dominum cum filiis suis iugiter ministrauit. Et post obitum moysi modico tempore populum rexit. Et post hanc sanctitatem plenus in pace quiescit: et sepultus est in gaba: que data fuerat sibi et filiis eius in monte effraim. Hic et si non expresse: tamen factis tacite inter sanctos patres ecclesiastici. xlv. numeratur: ubi patris premissis laudibus: phinees filius eius tertius in gloria nominatur: ut sic inter sacerdotes gloriosos primus et tertius expresse: secundus vero tacite numeratus intelligatur.

De sancto Phinees sacerdote. Cap. xxviii.



Phinees sacerdos eleazar successor et filius ecclesiastici. xlv. cap. et pulmo machabeorum. ij. inter sanctos patres veteris testamenti commemoratus est. De quo illud memorabile habetur numeri. xv. cum populus israel mozares in sethim: et multi ex ipsis cum filiabus moab fornicationi essent: et ad suggestionem earum beelphegor deo ipsarum sacrificia obtulisset: eosque moyses de culpa redargueret: zarabdi princeps tribus symeon: qui filiam cuiusdam madianite in conjugem acceperat nomine chozbi coram omnibus professus se alienigenam cognouisse: et idola coluisse: nec legem quam moyses populo imposuerat obnoxius esse: et spectare omni populo: ac fletu ingressus est tabernaculum mulieris. Surgensque phinees arreptoque pugione ingressus est post illum in lappas: et perfodit ambos insimul coeuntes in locis genitalibus: et cessauit plaga que in populo precesserat: et vigintiquattuor milia extiterat. Et quia phinees zelo legis nimio vindictam dei in peccatorem virum exegit. Idcirco dominus eidem et femini eius sacerdotium in eternum constituit: qui et cum patre eleazar promissionis terram intravit: et ei in sacerdotium successit: et gloriosus meritis et fama laudabilis: in pace quiescit: in sepulchro paterno tumulatus.

De sancto Phinees sacerdote. Cap. xxviii.

De sanctis Aaron et Zulio socijs martiribus. Cap. xxxv.

De sanctis Aaron et Zulio socijs martiribus. Cap. xxxv.



Ardo et iulius urbis legionum: que est ciuitas in britannia ciues et alij plures martyres vtriusque sexus in eadem ciuitate passi sunt sub persecutione diocletiani et martiantini qui propter multa et insignia miracula: que in passione beati albani martyris ostensa sunt: ut supra in eius passione actum est: vnde primo kalen. iulij conuersi sunt ad christum: et pro eiusdem fidei ac confessionis gloria: et ipsi ab infidelibus martyrium passi triumphatorum celestium numero sociati. kalen. iulij.

De sancto Theobaldo professore. Cap. xxxvi.



Theobaldus confessor

soz ex gallia oriundus tempore henrici imperatoris secundi: et henrici francozum regis claruit in partibus ipsis. Qui magnus ac potens mundo abrenunciatus seculo et diuitijs heremiticam vitam duxit. Quasdam vice cum quibusdam socijs iter agens: videns comites fame ac siti fatigatos: cum tam escis quam potu careret ad deum orauit: et panem sibi a domino preparatum subito in via repperit. De quo se et socijs ad satietatem cibauit. Deinde vas quod parte vino fuerat oino vacuatum apponari fecit: ipsumque diuinitus vino repletum inuenit: quod infusum cunctis abundantius ad poculum satisfecit. De reliquis vero tam panis quam vini peregrinos plures: quod eius audita fama de mediolano ad se venerant: diebus pluribus satiauit. Nec tamen spe relique consumptis fuerunt: quin potius ad satietatem tam sui quam fratrum suorum per tres hebdomadas suffecerunt. His et alijs clarus virtutibus: quiescit in pace kalen. iulij.